Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26468
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Tria sunt genera mortis. id est acerba immatura
naturalis. acerba infantum. immatura iuuenum. na
turalis senum. Quia aspera sit mors carnis.
Quod attinet ad corpus. mortem id est separationem animę
a corpore. cum eam patiuntur qui morientes appellan
tur. nulli bona est. Habet enim asperum sensum et contra
naturam uis ipsa qua utrumque diuellitur. qd fuerat
inuicem conuinctum atque confertum tamdiu
morat. donec omnis adimat sensus qui ex ipso inerat
animę et carnis complexu. Quia tam totam molestiam
non numquam unus ictus corporis uel animę raptus
intercipit. nec eam sentire preuenientem celebritate
permittit. Qd plerique contingit ut pasyam mortem
carnis liberet anima a peccatis.
Quicquid illud est in morientibus qd cum dolore
sensu adimit sensum pie fideliter que tolerando auget
meritum patientię non aufert uocabulum pene. Ita cum
ex hominis primi peccati pagine peculiaribus sit mors
pena nascentis. tam si perpetrare iusticiaque pendat.
fit gloria renascentis. et cum sit mors peccati retributio.
aliquando impetrat ut nichil retribuat peccato.
Item ex hoc beatus gregorius dicit. Spiritum est. Iustus
quacumque morte preuentus fuerit. anima et in refrigerio